

Menti doctorū infigens sōpha scripta virum, quae
Sudore assiduo Dī constituere paranda,
Hic lustrans sacri sinuosa volumina Iuris
Hansisti à doctis solerti mente magis quàm
Pythia, quae tripode ex Phæbi lauroq̃ profatur.

Ergo facis rectè seruas quod iura cubilis,
Semper honos, nomenq̃ tuum laudesq̃ vigeant,
Quod memor oracli dii virtutis amore
Legitimos fato moderans quod Rector Olympi
Nymphā arctè tibi coniunxit propriamq̃ dicavit
Nymphā, quae claris prognata parentibus, et quae
Prestans virtute est, pudore ac culta probato.

Omne decus talis Coniunx est casta marito,
Quae aspectu oblectans mœrentem moribus ornet,
Quae recreet tactu, suavi quae voce reducat
Effugientē animam et iam iam sub mole labantē,
Solatio mulcens, curis si corda gravata.

Quid memorem formā? simulata induc̃taq̃ fūco,
Falsò forma foris nam decipit ora tuentum,
Rarum forma bonū, aet̃ præcellit moribus aucta.
Æuo forma perit, virtus perdurat in annos.

Qualis gemma micat quae auro circūdata fuluo est,
Huius sic virtus laudemq̃ decusq̃ meretur.

Felices igitur ô terq̃ quaterq̃ beatos!

Quos Deus ipse animis ambos traduxit in unum,
Tres Charites manib. iuncta se et mutuò amantes

Pro